panem angelorum nobiscum hodie gustare debes. Vix sermonem archi
episcopus compleverat et ecce ignis divinus de celo descendens super capita singu
lorum. Ab ipso facto omnes suavitate tanta repleti sunt quod miles ille non
sentiret utrum in corpore tunc vel in spiritu esset et dixit episcopus. Hoc ego
omni die semel pascimur adeo sed celestes cives omni hora fruuntur.
His itaque omnibus rite peractis dixit archiepiscopus ad militem modo kar
issime omnia vidisti que tibi deus ostendit et ecce nunc tempus est ut rever
taris. Non non poteris nobiscum diucius manere quo ad usque obieris tunc au
xiliante deo si perseveraveris in fide vera et actione tunc redibis ad socie
tatem nostram. Vel certe si tam perfectus eris in tua vita preterita poteris ut
statim exeunte anima tua permissis nobis pervenies per dei adiutorium
ad regnum celorum. His itaque auditis miles de excessu suo gra
viter contristatus quod liberet de paradyso eo quod tanta bona felicitate ad secu
lum debet redire. Videns quoque via qua venerat reversus est tamen quod non pa
teretur aliqua corporis adversa nec sentiret tormenta nec malignis spiritus in a
liquo poterant vexare eum sed antequam pervenisset statim viso illo evanu
erunt. Cumque per penas reversus esset ad aulam supradictam ecce xv
fratres qui primo ei apparuerunt iterum venientes ipsum salutaverunt ac lau
dantes deum pro omnibus suis beneficiis quod militem suum contra tam grandi
periculo liberavit. Tunc frater dixit illi scimus quod a peccatis tuis pur
gatus es ex toto nunc de cetero caveas tibi et si vives deo studiose et
deus reddet tibi mercedem plenissimam et vitam sempiternam. Ecce iam in
patria tua aurora clarescit tempus quod est ut revertaris nam prior
clausit te post missarum sollempnia nunc ad portam reperiet desper
ans de reditu tuo ianuas vie istius recludere atque obse
rata iam porta redibit sicque benedictione ab illis recepta cum
gratiarum actione revertens pervenit ad portam ubi iam prior presto
labat militis adventum. Quem cum gaudio prior cum aliis cleri
cis excipientes cum ymnis et canticis deduxerunt retinentes ipsum
secum per xv dies in suo cenobio perscrutantes ab eo omnia que ipse

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 596, p. 90 – Excerpts from the lives and teachings of the Monastic Fathers (http://www.e-codices.ch/it/csg/0596/90)